

trucidavit gladio et aquis, sepelieruntq, corpora  
 in loco qui dicitur Ramesberch (i. Raminberg)  
 usque in hunc diem statueruntq, diem Kalenda-  
 rum Augusti omni anno celebrandum in perpe-  
 tuam hujus rei memoriam. Et Rami facti sunt  
 Henrico sub tributo, sicut Wagiri, Polabi, Obotriti,  
 Arcipani, Ricini, Putici, Pomerani usque ad ter-  
 ram Polonorum, Rexque vocatus est in omni Scla-  
 vorum et Nordalbingorum provincia subegitque  
 populos Britannorum et Foderanorum scil. qui  
 habitant Havelberg et Brandenburg et etiam finos  
 sive Lingos ibi in confinio, habuitq, filium fortem  
 sive Lingos nomine valde bellicosum qui punit eum. Po-  
 stea Rami occiderunt Henrici filium nomine Walde-  
 mar: venit igitur cum ingenti populo usque Wol-  
 gost i.e. Wolgast quam Julius Cesar edificavit  
 et vocavit eam Juliam Augustam. Igitur  
 Rami perterriti tanto populo, solverunt filium  
 Henrici et pacem emerunt pro 12. millibus mar-  
 carum et 400. marcis de aerario publico per  
 pondera. Porro apud Ranos non habebatur mo-  
 neta, sed commutabant pro panno lineo quotquot  
 volebant aurum et argentum quod rapinis et  
 captionibus hominum vel undecumq, acquesierunt  
 cultibus uxorum impendebant aut in aerarium  
 Dei sui conferebant.

Cap. 10.

Circa hos dies erat bellum potens Henrico  
 juniore